

13. Januar 813

Der Priester Cundhart übergibt eine Kirche bei Pliening und sein Neffe Liuthram seinen Besitz.

Traditio Cundharti Presbiteri ad Pleoningas et Liuthrammi

In dei nomine. Ego quidem Cundhart presbiter adquisivi territorium iuxta Pleoningas in quo ecclesiam cum licentia episcopi construxi et Hittonem episcopum ibidem invitavi ad consecrationem huius ecclesiae ibique coram cuncto populo ego Cundhart ipsam ecclesiam tradidi in manus Hittonis episcopi cum cuncta acquisitione mea, ut post obitum meum ad domum sanctae Mariae firmiter permaneat.

Hoc peractum accessit Liuthram nepus Cundharti et tradidit propriam hereditatem suam in manus Hittonis episcopi, quicquid in suam partem contra fratres suos in propriam partem ei venit, nihil enim praetermisit, sed totum ex integro tradidit domui sanctae Mariae ad Frigisingas eo modo, ut liceat eum hoc ipsud habere quod tradidit usque ad finem vitae suae in beneficium domui sanctae Mariae, post obitum vero illius sine ulla contradictione ad domum sanctae Mariae permaneat.

Haec sunt testes:

Adalker. Tuto. Meginfrid. Paugolf. Rantuic. Chuniperht. Alprat. Uuillipald. Pegiri.

Ermperht. Ratolt. Rihhelm. Deothram. Huno.

Actum est haec in idus ian. indictione V. anno gloriosissimi imperatoris Karoli augusti XIII.

Ego quidem Tagabertus indignus diaconus conscripsi iussione Hittonis episcopi.

Übergabe des Priesters Cundhart und Liuthram zu Pliening

Im Namen Gottes. Ich, Cundhart, Priester, habe Grund und Boden in der Nähe von Pliening erworben, auf dem ich mit Erlaubnis des Bischofs eine Kirche erbaut und den Bischof Hitto zur Weihe dieser Kirche ebendort eingeladen habe, und dort habe ich, Cundhart, vor allem Volk eben dieses Gotteshaus mit meiner gesamten Erwerbung in die Hände des Bischofs Hitto übergeben, auf dass sie nach meinem Tode beim Haus der heiligen Maria dauerhaft verbleibe.

Danach trat Liuthram, der Neffe Cundharts, vor und übergab sein eigenes Erbe in die Hände des Bischofs Hitto, alles, was auf seiner Seite in seinen persönlichen Besitz gekommen ist im Gegensatz zum Anteil seiner Brüder. Er ließ nämlich keinerlei Ausnahmen zu, sondern er übergab alles ungeschmälert dem Hause der heiligen Maria zu Freising unter folgender Bedingung, dass ihm gestattet sei, eben das als Lehen zu nutzen bis an sein Lebensende, was er dem Haus der heiligen Maria übergeben hat. Nach seinem Tode aber sollte alles ohne jegliches Widerspruchsrecht beim Hause der heiligen Maria verbleiben.

Folgende sind Zeugen:

Adalker, Tuto, Meginfrid, Paugolf, Rantuic, Chuniperht, Alprat, Uuillipald, Pegiri, Ermperht, Ratolt, Rihhelm, Deothram, Huno.

Dies wurde verhandelt am 13. Januar im Jahr XIII der 5. Indiktion des hoch berühmten, erhabenen Kaisers Karl.

Ich, Tagabert, unwürdiger Diakon, habe auf Anordnung des Bischofs Hitto dies aufgezeichnet.